Filius uero quia a patre est et ds de do. & lumen de lumine. propter hoc
dicitur et subiectus; Alii uero dicunt quo sicut in membris suis esurire
et sitire &c. Pati dicitur. sic & in eisdem dicitur subiectus., Ecta quidem sub
dita est do, sed non ex toto; Et quia membra et caput unum sunt corpus.
cum fuerint omnia membra subiecta tunc et filius in eisdem subiectus est
patri. Alii autem dicunt quemadmodum secundum humanitatem
minor patre dicitur. secundum eandem subiectus dicatur; Nam neq.
diuinitas in humanitatem. neque humanitas uersa est in diuinitatem.
sed ab ipsa est diuinitate assumpta. Quia ipsa humanitas semp manebit.
Ideo dicit; tunc erit igitur filius patri pp humanitatem assumpta sub
iectus. Sed quia in dextera eius sedet, non minor eo credendus est. Sequit.
ut sit ds omnia in omnibus. hoc est quantum ad societatem. beatitudinem.
inmortalitatem &c. Attinet. ipse erit in omnibus. id est omnibus ipse.
namque totus erit cibus. potus. tota sacietas. & quicquid dici potest qd
ad beatitudinem attineat totum ipse erit. Coeperat apostolus loqui
de resurrectione. et cepta intentione pseuerans dicit; Alioquin quid faci
ent qui pro mortuis baptizantur. Quibus uerbis apertissime uiden
tissimam atq. certissima mortuorum ostendit resurrectionem; Non
nulli enim adeo certi erant de resurrectione. ut si mors aliquos eorum
caros occupasset priusquam baptizarentur. ipsi timentes ne forte
non resurgerent. aut certe male resurgerent. baptizarentur pro eis.
Et ideo dicit. quid facient. Ac si dicat; si ita est. frustratur eorum spes.
Unde et in sequentibus dic quod et pro illis baptizantur. Notandum sane
quia hoc exemplo non approbat eorum factum. sed certa ostendit
resurrectionem. Alio uero sensu dic quod pro mortuis potest intellegi cor
poribus suis. Sequit. Ut quid et nos periclitamur omni hora. quasi dice
ret; si mortui non resurgunt. quare nos cottidie periclitamur. hoc est
diuersas passiones et psecutiones ae aduersitates patimur. Sed nota quia
non dicit, ut qui nos si et nos quae particula secernens se suosq. ab illis.
ostendit eos qui pro mortuis baptizabantur non ee catholicos.

n I ad

Karlsruhe L.B. Aug. CL. f. 156v

quā dn̄s dedit mihi inedificationem & non indestructionē. Ecce dicit se
habere potestatē acceptam. & pulcre quidem inedificationem quia pre
dicatores ad hoc potestatem accipiunt ut corrigendo soluant. non ut non
corrigendo perdant; Finita comendatione suæ p̄sonæ. quā cęperat comendare
a beo loco ubi finem fecerat de collectis. in qua comendatione plurimum labo
rauerat duabus pro causis. hoc ē ut uel non minoris auctoritatis quam cete
ri se ēē monstraret. uel certe ut crimen cupiditatis a se abstergeret.
Nunc uero aliud aggredit. hoc ē sub iungit exortationē pariter et narra
tionem; de cetero inquit. hoc ē de reliquo. id ē propterea frs gaudete. p̄fecti — De cetero
estote. exortamini. Hoc in alteri utrū uos m̄anere; Hac enim exortatione — De reliquo
qua spe futurorū superantur uitia. Nascitur p̄fectio. ex p̄fectione autem
gaudium. quia nemo gaudere potē. & p̄fectus eē non ualet. Nisi uitia superet;
Sequit; id est sapite. Tangit enim hoc quia inprima ep̄la commemorauerat
ubi ait. Obsecro ut ipsum dicatis; & hoc est quod hic dicit.
idem sapite. Id est non diuersum de me uel in me siue in fide & opere;
Seq. pacem habete; comendat illis pacem p̄pter eos uidelicet qui fraudem
& iniuriam frib; ingerebant. & ob hoc infidelium iudicia p̄trahebant.
ut ait in prima. sed uos iniuriā facitis & fraudatis et rl. Seq. & ds pa
cis & dilectionis erit uobiscum. Terminata exortacione. sub iunxit narra
tionē. Ds pacis & rel. Ds pacis dr. quia ipse ē pacis auctor. iuxta
illud eiusdē apli. Xp̄s pax nr̄a qui fecit utraq. unum; & dn̄s. pacem
relinquo uobis. pacem meā do uobis; Dilectionis ds ē. iuxta illud. manda
tum nouū do uobis ut diligatis inuicem. et cet. Et itē. In hoc cognoscent
omis quia mei estis discipuli. si dilectionē habueritis ad inuicē. Et ē sensus.
Si pacē et dilectionē habueritis. auctorē pacis p̄petuo possidebitis. Hæc
enī ē pax certa atq. secura. quā impii habere non possunt. Unde ē illud.
Non ē pax impiis dic dn̄s. Uerumtn̄ et si habent pacem mali. longe quidē
distat ab ista. quā dn̄s discernens dum non talē qualē mundus dat. ait.
Mandatū nouum do uobis ut diligatis inuicē. In eo & iā quod ait. Ds pacis
et cet. Uoluit apls sub intellegi. quasi odia & rixas haberent. auctor odii
et rixæ hoc ē diabolus p̄petuo eos possideret. Seq. Salutate inuicem in

Karlsruhe L.B. Aug. CL. f. 205r